

precors) auspicaturus est, ut semel cum Seno Catyio
hoc desinamus agere, quod an actum expedierit, cordati
disputabunt. Vale vir amice et me amas.

Vesituum.

v. Cal. Jan. MDCLV.

C. Huygens.

Epitaphio.

Hicce obignatis, inveni in Epigramma
quod olim indignatio excussit, cum alter
quidam nebulo in me incurrisset, dum
huiusmodi cum larvis collectaris, visum
est επιχαίεως tecum communicari
posse.

Gul. de Blitterswyk
in Curia Geldrica
qua Ruremundae
est.

Nobilissime et Amplissime Domine

(451)

Nisi humanitatem tuam avidè amplectar, non merear
in humani esse. suavi allocutione nec opinanti, sicut tam
quam praesentem illum olim et semper Puteanum meum
illum quantum praetii Wendelinum, et ut compendium
utriusque facias, ipsum instar utriusque Blitterswijckium
Gratias, vir magno, gratias haberi gratissimas tantisper
sinito, donec reddi possint, et sit quod redkostiamus. In
praesentia quod ad manum est et Wendelino placuit ecce
nugaces nugae meae; et binas quidem exemplarias, si
alterum forte non desperem ab antaris amica manu.
Vale vir erimie, et amicitiae meae tyrociniuno cum
hice chartula oblatum benignis admitte Haga Com:
Cal. Feb. MDCLVI.

Celeberrimi Nominis tui, non novus
cultor.

D. Wendelino IC.

Canonico Tornacensi.

Doctissime et Amicissime Domine

(452)

Nemo me gratiore nuncio recreet, quam qui te in viciis
esse significet, et mei non immemorem. Nuper id
officis uterque praestitit, Tu mi Wendelino, et tuo nomine
Amplissimus Blitterswijckius, solo de nomine hactenus mihi
notus, nunc et in censum amicorum, quantum te huma-
nitate obtulit, tanto cum gaudis acceptus et insertus.
Catullus vester, si procuratis, triadem ut absolvas
ΤΕΙΣΘΑΒΙΟΥ Augenium redditis, et jacturam Puteani
tanto